

## MARI POSA SETGE A LA CIUTAT DE ZAMA

“Marius ad Zamam pervenit. Id oppidum in campo situm magis opere quam natura munitum erat, nullius idoneae rei egens, armis virisque opulentum. Igitur Metellus, pro tempore atque loco paratis rebus, cuncta moenia exercitu circumvenit, legatis imperat ut quisque curaret. Deinde, signo dato, undique simul clamor ingens oritur neque ea res Numidas terret: infensi intentique sine tumultu manent. Proelium incipitur.

Romani pro ingenio quisque pars eminus glande aut lapidibus pugnabat, alii succedebant ac murum modo subfodere modo scalis aggrediebantur, cupiebant proelium in manibus facere. Contra ea oppidani in proximos saxa volvebant, sudes, pila ardentia mittebant.”

SAL·LUSTI, *La guerra de Jugurta* 57 1-5